Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



376

Non quidem talis est iste tempestas quando laicorum & clericorum est commune periculum · sicut in naui una commune periculum est mercatorum atq: nautarum · Verum absit ut tanta pendenda sit haec nauis nra · ut debeant ea nautę & maxime gubernator periclitante deserere · & iam si in scapha transiliendo · uel & iam natando possit effugere · Quibus enim maluimus · pene nra desertione pereant · Non tempus hostem quaesquando queuerit aut est · sed aduersa quę potest sinon caueatur uenire · & potest si caueatur & iam non uenire maluimus · In communi autem periculo uitae huius · cur existimamus ubicumq: fuerit hostalis incursus · omnes clericos · & non & iam omnes laicos esse morituros · ut simul finiant hanc uitam · cui sunt clerici necessarii · Aut cur non speremus sicut aliquos laicos · sic & iam clericos remansuros · aquibus enim necessarium ministerium ualeat exhiberi · Quąquam o si inter ministros inde sit disceptatio · quieorum maneant · nec: fuga omnium · & quieorum fugiant · ne omnes eo modo non deseratur ecclesia · Tale quippe certamen erit inter eos ubiutriq: ferueant caritate · & utriq: placeant caritati · Quae disceptatio si aliter non potuerit terminare · quantum mihi uidetur quimaneant & qui fugiant sorte legendi sunt · Quienim dixerint sepotius fugire debere · aut timidi uidebuntur · Quia imminens malum sustinere noluerunt arrogantes · Quia si magis quiseruandi essent necessarios ecclesiae iudicarent · deinde fortassis hi qui meliores sunt elegant pro fratribus animas ponere · & hi seruabuntur fugiendo · quorum est minus utilis uita · quia minor consulendi · & gubernandi peritia · Quamen si piae sapiunt · contra dicentes quos uident · & uiuere potius opostere · & magis mori malle quam fugere · Ideo sicut scriptum est contra dictiones sedat sors · & inter potentes desinit · Melius enim desinit huius